

9.2 - Statuto 1431 (carte 163. parte - 164.)

Seguono gli Statuti (verso destra)

I. H. C.

1431.

(settimo fascicolo - carta 135. parte, prima colonna in basso)

Congregato Capitulo generali Scolle confratrum Sanc.i liberalis de tarvisio, more solito, in loco consueto, ad Canonicas Capituli de domo de tarvisio, ut moris est, iuxta formam Statuti tercii dicte scolle, sequendo formam Statuti XVIII. ipsius scolle, per quot confratres fieri possit Capitulum dicte scolle.

In quo Capitulo interfuerunt 33. confratres ipsius scolle, tres gastaldiones, unus notarius, et unus Massarius dicte scolle,

currente anno Domini n.ri Yhu. Xr. 1431. indict. 8. die XVIII. mensis Aprilis.

(continua nella colonna di destra)

XXI. Prohemium de officialibus scolle S. Liberalis creandis, et eligendis
exeundis, et intrantibus in officio una, et eadem Die. Rubrica.

Ibique D.ns pb.r petrus rubeus Canonicus Tar. Eccl.ie Kathedralis de Domo

D.ns Jacobus de Romanuliis

Ser Jacobus de Vallesugana Notarius

tunc omnes tres gastaldiones dicte scolle S. Liberalis, nullo alio existente gastaldione ipsius scolle, nisi suprascripti tres gastaldiones,

Unde visis, et examinatis per eos quibus Statutis dicte scolle de electione officialium dicte scolle, que minime servantur, sed ex quadam consuetudine eliguntur dicti officiales dicte scolle,

Scilicet, tres gastaldiones, et alii officiales, pro gubernatione ipsius scolle, finitoque eorum officio, antiqui officiales una die exeunt de eorum officio gastaldie, et novi officiales intrant in officio, nec de officialibus antiquis remanet aliquis, a quo officiales novi possint habere informationem aliquam de iuribus dicte scolle; ex quo multa enormia, et inconuenientia occurrunt, et multa dapna secuntur in prejudicium et detrimentum dicte scolle:

Quapropter ad hoc, ut officiales novi dicte scolle intrantes in officio possint habere informationem semper de iuribus dicte scolle, de tempore in tempus, et ut iura ipsius scolle de bono in melius conseruentur, et ut statum, et devotio dicte scolle augeatur, et crescat; providerunt, et ordinaverunt, et in (sic) super electione et creatione officialium dicte scolle ponendo, ordinando, et statuendo Statutum et ordinationem infrascriptam, et partem infrascriptam in hunc modum. Vid.

XXII. Rubrica de quatuor gastaldionibus, quatuor sapientibus, uno syndaco,
uno decano scolle S.cti Liberalis duraturis in officio per annum.

Statuimus, et ordinamus, quod de cetero in dicta scolla S. Liberalis sint, et esse debeant continuo quatuor gastaldiones, quatuor sapientes, unus syndicus, et unus Decanus sive zapafangus in officio dicte scolle duraturi per annum. In electione quorum officialium, antiqui exeuntes de officio gastaldie cum eorum sociis observare debeant modum infrascriptum, vid. de mense aprilis, et de mense octubris quolibet anno.

XXIII. Rubrica de modo servando de mense aprilis in eligendo
duos gastaldiones, unum syndicum, et unum decanum, et de quo gradu,
per XV. dies, ante festum S. Liberalis.

Item quod Gastaldiones antiqui exeuntes de officio gastaldie de mense aprilis, teneantur, et debent cum eorum sociis per XVI. dies ante festum S. Liberalis de mense aprilis, celebrata prius Missa Spiritus Sancti ad altare S. Liberalis, iuxta formam Statuti XIII. eligere duos gastaldiones, unum vid. de numero clericorum, aut D. Decanum, sive Canonicum, aut Mansionarium, . . .

vel Prebendatum in eccl.ia cathedrali de domo de tarvixio, aut sacerdotem Congregationis Pb.rum Capellanorum de tar., et alium de collegio iudicum, aut medicorum, sive nobilium de Civit. Tar., et unum syndicum de collegio, sive scolla Notarior. Civit. Tar., qui sit et esse debeat notarius, et massarius dicte scolle cum salario libr. 8. in anno, et ratione anni, et securitate prestanda per ipsum Syndicum gastaldionibus dicte scolle recipientibus nomine dicte scolle de libris centum, duraturos omnes per annum, incipiendo in festo S. Liberalis.

Et similiter eligere debeant unum Decanum, sive zapafangum cum salario libr. trium in anno, et ratione anni, et cum suis regaleis juxta eorum consuetudinem, attenta forma Statuti XI. ad obediendum Gastaldionibus, et Syndico dicte scolle, et ad omnia faciendum, que erunt necessaria, et opportuna circa suum officium, . . .

(- carta 163 tergo, inizia in colonna di sinistra)

cum securitate, si opus fuerit, secundum discretionem Gastaldiorum. Possit esse unusquisque zapafangus, sive decanus dicte scolle, duraturus ad beneplacitum gastaldionum dicte Scolle.

XXIII. Rubrica de modo servando de mense octubris in electione duorum gastaldionum, et de quo gradu per XV. dies ante festum ap.lorum Symonis et Jude.

Et simili modo, et forma servetur in electione aliorum duorum gastaldionum, qui eliguntur per XV. dies ante festum Ap.lorum Symonis et Jude de mense octubrii, prout servatur in electione aliorum officialium de mense Aprilis.

Tenantur enim, et debent Gastaldiones antiqui exeuntes de officio gastaldie dicto tempore, scilicet per XV. dies ante festum Ap.lorum Symonis, et Jude de mense Octubrii quolibet anno eligere duo gastaldiones una cum suis sociis, servato modo, et ordine predicto, vid.: unum Notarium de collegio, sive scolla Notariorum Civ. Tar., alium vero de numero mercatorum sive civium cuiuslibet scolle cuiuslibet artis Civit. Tar. duraturos similiter per annum, incipiendo in festo predictorum Ap.lorum Symonis, et Jude.

XXV. Rubrica. de sapientibus dicte scolle S. Liberalis, qui sunt, e (sic) qui intelligitur esse.

Sapientes vero dicte scolle intelligantur, et esse debeant, gastaldiones antiqui, qui exeunt de officio gastaldie duraturi similiter per annum, incipientes eo die, quo exeunt de officio gastaldie: Et esse debeant dicti sapientes ad consulendum gastaldionibus dicte scolle in rebus arduis et magnis dicte scolle, et in omnibus aliis rebus, et negotiis spectantibus, et pertinentibus ad dictam scollam, quotiens fuerint requisiti per dictos gastaldiones, vel majorem partem ipsorum.

XXVI. Rubrica de publicatione gastaldiam (sic) et aliorum officialium

Scolle S. Liberalis Tar. tam de mense Aprili ante festum S.cti L.

quam de mense Octbr. ante festum Ap.lorum Symonis et Jude, et eorum juramento.

Facta autem electione per dictos gastaldiones temporibus, et mensibus predictis et modo predicto de novis officialibus, et gastaldionibus dicte scolle, debeant gastaldiones antiqui dicte scolle in Capitulo generali in loco consueto ad Canonicas Capituli de domo, quolibet anno in festo S.ci Liberalis, et in quolibet festo ap.lorum Symonis et Jude publicare novos officiales, et novos gastaldiones electos per eos, ac etiam et Sapientes, in manibus quorum gastaldionum veterum novi officiales, et novi gastaldiones jurare debeant, bene et utiliter exercere suum officium juxta eorum possibilitatem, de quibus omnibus supradictis electionibus, publicationibus, et iuramentis dictorum officialium et securitatibus syndici et decani sive zapafangi.

Syndicus, qui tunc exit de officio syndicarie, massarie, scribere debeat in uno quaterno ad hoc deputato, et in publicam formam reducere, sub veritate cura eius sub nota et signo sive syndicus, qui intrat in officio scribere debeat predicta.

. . . .

XXVII. Rubrica de libertate gastaldionum, et sapientum
dicte scolle S.Liberalis.

Item statuimus, et ordinamus, quod gastaldiones dicte Scolle S. Liberalis, modo aliquo possint, nec valeant nec debeant in rebus et negotiis arduis dicte scolle aliquid fantes (sic) (*sopra, corregge* facere) ordinare, determinare, vel deliberare sine consilio, et consensu dictorum sapientum dicte Scolle, et secundum quod per dictos gastaldiones, et sapientes, captum fuerit, ordinatum, terminatum, aut deliberatum, vel per majorem partem ipsorum fuerit obtentum, una cum syndico dicte scolle; vel si fuerit deliberatum, ponere in Capitulo generali dicte scolle illud: . . .

(*continua nella colonna di destra*)

illud, quod fuerit terminatum per eos sit firmum et validum, et aliter non.

Possint tamen duo ex gastaldionibus ipsius scolle una cum eorum syndico providere, facere, terminare, et ordinare in aliis rebus, que non sint magni ponderis absque consilio, et consensu dictorum sapientum dicte scolle.

XXVIII. Rubrica de libertate syndici dicte scolle S.ci Liberalis
tam cum licentia gastaldionum, quam sine.

Item declaramus, et ordinamus, quod syndicus dicte Scolle, qui est Notarius, et Massarius ipsius Scolle libertatem habent et auctoritatem, exigendi nomine dicte scolle a quocumque, et quibuscumque dare debentibus dicte scolle S. Liberalis quibuscumque de causis, quomodocumque, et qualitercumque; et de perceptis per eum finem faciendi presentibus tamen uno, vel duobus ex gastaldionibus dicte scolle, et de eorum licentia, et auctoritate, atque consensu, et aliter non:

Et si fecerit, non valeat talis finis, et hoc de rebus magni ponderis, et arduis. De rebus autem minimis et parvi valoris possit ipse syndicus finem facere de perceptis per eum a quocumque, et quibuscumque de causis.

Possit etiam dictus syndicus in quocumque iudicio, et coram quocumque iudice tam ecclesiastico, quam seculari comparere nomine dicte scolle data notitia prius gastaldionibus de predictis, ad petendum, exigendum, deffendendum, et respondendum petentibus contra dictam scollam, et ad appellandum, et appellationem proseguendum, et finem cuiuslibet cause ducendum, et ad omnia allia faciendum, exercendum, procurandum, et operandum pro dicta scolla, et eius utilitate, que circa predicta requirunt, et ad substituendum unum, vel plures syndicos, seu procuratores loco sui, si opus fuerit, de licentia tamen, et consensu duorum ex gastaldionibus dicte scolle, et aliter non.

Affictare possit tamen dictus Syndicus cum consensu et licentia duorum ex dictis gastaldionibus possessiones et domos dicte scolle.

Alivelare autem, vel vendere ne (*sic*) alienare eas non possit, nisi quod per gastaldiones, secundum quod et sapientes, vel majorem partem ipsorum super predictis rebus fuerit firmatum, et declaratum.

Et debeat dictus syndicus servato ordine et modo predicto dictas anienationes, et allivellationes facere, presentibus tamen duobus gastaldionibus dicte scolle, dantibus eidem licentiam, et auctoritatem in dictis alienationibus et allivellationibus per ipsum syndicum faciendum nomine dicte scolle, et si quid contra predictam formam factum fuerit, non valeat, neque teneat, sed sit ipso jure nullum et irritum.

Teneatur etiam dictus syndicus de omni re, que pervenerit ad eius manus, nomine dicte scolle, vel in dictam scollam, tenere bonum contum: et teneatur, si oppus fuerit, facere inventarium, et utilia facere, et inutilia pretermittere et debito tempore rationem reddere de gestis et administratis per ipsum gastaldionibus ipsius scolle. Et quociens eas videre voluerint gastaldiones, vel alter eorum, debeat ipse syndicus eis ostendere eadem ad eorum beneplacitum.

. . .

XXVIII. Rubrica, de omnibus officialibus dicte scolle S. Liberalis,
 qui interesse debent Missis que celebrantur
 qualibet tertia Dominica cuiuslibet mensis ad altare S. Liberalis.

Insuper statuimus, et ordinamus, quod sicut tertia die Dm.nica cuiuslibet mensis celebratur solepniter missa super altare S. Liberalis iuxta formam Statuti IIII. dicte scolle, ita interesse debent (*sic*) dicte misse qualibet tertia Dm.nica cuiuslibet mensis gastaldiones dicte scolle, syndicus, et Decanus dicte scolle, et venire debent (*sic*) ad dictam Missam . . .

(settimo fascicolo - carta 164.: inizia in colonna di sinistra)

que celebratur ad dictum altare S. Liberalis, et ibidem stare, donec completa fuerit dicta Missa, qua completa, gastaldiones predicti et syndicus dicte scolle conferre debeant invicem, si oppus fuerit aliquid providere pro dicta scolla.

Que omnia suprascripta capta et optenta fuerunt in dicto Capitulo generali per balotas XXXVI. concordas, duobus vero discrepantibus, die, Mill.o, et mense, quibus supra.

Presentibus ser Borthol.o de Veneciis socio et milite spectabilis, et generosi viri D.ni Geronimi contareno de Veneciis pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Veneciarum honorabili Pot. et Cap.o Tar. Minigino filio ser pauli portitoris vini clerico in dicta Eccl.ia Cathedrali de domo de Tar., et aliis.

Xp.i nomine invocato Amen.

(carta 165, recto: a piena pagina)

Reperitur in fine Voluminis Statutorum fol. 23.

recentiori manu caractere italico sive cursivo descriptus:

Ordo servandus per syndicum scolle S. Liberalis in electione Dominorum Gastaldionum dicte Skole (due in Ap.le e due in Ottobre), conforme agli Statuti.

1. Detta la Messa dello Spirito Santo, si faccia scola grande XV. giorni avanti S. Liberale, e altrettanti prima della festa dei Ss.ti Simone, e Giuda.

. . .

. . .

2. Oltre il suono della Campana, per invitare la Scuola, che potrà comporsi di 25. confratelli, il Bidello anderà ad invitare i Nobili, e Dottori; e per lume dell'assemblea, occorrendo, si leggeranno gli Statuti disponenti dell'elezione delle Cariche.
3. Unita la Scuola alla presenza de' vecchi Presidenti, e del Contestabile, il Sindaco legga per ordine de' maschi notati nella Matricola, cioè nell'elezione Aprile, de' Chierici e de' Nobili, e Dottori; di Ottobre degli altri gradi, perché possano scegliersi i migliori: ma chi avesse debito di luminaria, o d'altro non abbia voto nè attivo, nè passivo in scuola, come fu preso nel 1472.17 Ap.le.
4. Indi il Sindaco vada attorno a pigliare i nomi in iscritto di que', che fossero nominati secretamente, e poi li stridi: "Venerabilis Vir clericus tali est Dominus talis etc."
5. Poi si proceda alla ballottazione, e chi avrà più balle rimarrà eletto; e sia pubblicato V.V. D.ns Pb.r talis etc.
6. Il Sindaco faccia celebrare il lunedì dopo la terza Domenica d'ogni Mese una Messa da morto per i confratelli della Scuola; e provveda che il zappafango esponga ogni terza Domenica, alla solita Colonna il vessillo di S. Liberale, colla croce d'argento della scuol sopra, e così faccia in ogni processione, nella quale venga portato.

In fine eiusdem Codicis haec leguntur: "Mill.o CCCLXIII. indict. secunda in festo Ss.mi confessoris S. Liberalis fuerunt creati, et facti infrascripti gastaldiones duo, et officiales deputati pro uno anno. Vid.

Pb.r Hendricus dictus Abbas Prebendatus in Majori Eccl.ia Tarv.

Leonardus Not. qu. Ser Francisci de Bolpago notarii etc.

Nell'altro Codice intitolato libro rosso 2.do vi è una leggenda antica di S. Liberale; seguono gli antichi, e recenti Statuti fino al 1485. in cui pare scritta d.a Copia, con qualche giunta, alterazione, e dichiarazione nelle prefazioni, e capitoli; di poi seguono due parti della Scuola, l'una della Contumacia. cui debbono soggiacere i Gastaldi per due anni, l'altra di non confermare oltre un anno il Sindaco, se non fattigli prima i conti, e saldate le sue partite; e questa terminazione è scritta da Vincenzo Malapello Notajo Trivigiano Sindico di d.a scuola "de mandato R.di D.ni Hieronimi Grilo Thesaurarii subrogati loco D.ni Francisci de Mundis, Eximii D. Innocentii Zuchelli physici et prudentis viri ser Ludovici de Zuchareda notarii, et probi ser Baptistae ab agno Dei cromatarii Hon. Gastaldionum eiusdem.

MDXIII. Die XVI. Octobris Apud Capellam SS.mi Corporis Xp.i."

Segue poi l'ordine da serbarsi nell'elezione de' Gastaldi sopra descritto, aggiunto il giuramento, che deesi dare agli eletti; e termina

Expliciunt ordines servandi per Syndicum. Secuntur privilegia dicte Schole concessa: in hoc libello regist. sunt, ut inferius leguntur, omnia privilegia indulgentiarum per Pontifices concessarum dicte Skole, e sono:

1360. 16. Giugno. Sedici Vescovi “cupientes ut confraternitas stabilita, seu ordinata ad laudem Dei, beatae M. Virginis. omniumq. Sanctorum, et Sanctarum, et precipue S. Liberalis confessoris, ac SS.m Marthyrum Theonisti, Tabre, et Tabrate in Ecclesia Majori Tarvisina congruis honoribus frequentetur” concedono a quelli che frequenteranno le sacre funzioni della Scuola “aut processioni in honorem SS.m Liberalis, Theonisti, Tabre, et Tabrate, dum ab hoc seculo migrarunt, devotam fecerint comitivam” o le faranno limosina, quaranta giorni d'indulgenza per ogn. Vescovo, “dummodo diocesani ad id voluntas accesserit, et consensus.”
1361. 20. Marzo. Simile di Lodovico Patriarca d'Aquileja senza la clausula “Dummodo etc.” e dona 40. giorni.
1362. 18. Febrajo. Pietro Vescovo di Trivigi conferma le indulgenze accordate dagli altri alla Scuola di S. Maria, di tutti i Santi, e specialmente de' SS. Liberale, Teonisto Tabra, e Tabrata.
- . . .
- . . .
1383. 17. Settembre. Pietro vescovo di Treviso raccomanda i questori della Scuola “Beati Liberalis huius civitatis Patroni, et Protectoris”, e concede a chi farà limosina o visiterà la sepoltura del B. Confessore sud.a ogni mese nel dì, che se li canta la Messa, o interviene alla medesima, giorni 40. d'indulgenza.
1409. 22. Ap.le. Loto de' Gambacorti Vescovo di Treviso concede simile indulgenza.
1433. 15. Febbrajo. Andrea de Monticolo Suffraganeo, e Vicario di Gio. Benedetti Vescovo di Trevigi, acorda simile indulgenza.

(carta 165, verso: sempre a tutta pagina)

1437. Indulgenza simile concessa dal Vescovo Lodovico Barbo alla Scuola fondata “sub vocabulo S. Liberalis confessoris huius Civit. Tarvis. Protectoris, ac BB.rum Martyrum Theonisti, Tabre, et Tabrate.”
1442. P.o Ap.le. Il Card. Giuliano accorda 100. giorni d'indulgenza a chi farà limosina, o visiterà l'altare di S. Liberale nei giorni di Pasqua, dell'Assensione, del Corpus Domini, Pentecoste, SS. Pietro e Paolo, S. Liberale, e le 3.e domeniche d'ogni mese. Data di Treviso
1447. P.o Ottobre il Cardinale Gio: di Carvajolo con privilegio dato da Treviso concede 100. giorni, come sopra, in perpetuo
1451. 18. Gennajo. Simile data di Treviso del Cardinale Niccolò vescovo di Brescia
1451. 7. Settembre. Simile data dal palazzo Vescovile di Treviso del Cardinale Lodovico Patriarca d'Aquileja, aggiunti i giorni di Natale, della Circoncisione, della Trinità, e singolari feste della Madonna.
1472. 28. Marzo. Simile del Card. Marco Patriarca d'Aquileja, per i giorni di S. Liberale, di S. Girolamo, SS. Pietro e paolo, della Risurrezione, e della dedicazione dell'altare
1479. 6. Gennajo. Giovanni Arcivescovo di Tebe, e Vescovo di Treviso, e Pietro Carlo Vescovo di Chioggia concedono 40. giorni per ciascheduno d'indulgenza perpetua a tutti quelli che veramente pentiti e confessati visiteranno il luogo del sepolcro del Signore, che la Confraternità di S. Liberale da gran tempo già stabilita a lode di Dio, e della B.Vergine Maria,